


93
24





H. 9. 17



43

Quod DEUS benè vortat!
DISPUTATIO JURIDICA
De

Præscriptione Lon- gissimi Temporis,

Quam
Consensu Magnifici Jctorum Ordinis,
PRÆSIDE

*VIRO Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo
& Excellentissimo*

DN. WILHELMO LEISERO,

Jcto & Antecessore in hac Academia celeberrimo,
Curia Provincialis, Scabinatus ac Facultatis
Juridicae Assessore gravissimo, &c.

*Dn. Patrono, Præceptore & Promotore
summo semper studio venerando,
colendo,*

Publico eruditorum examini subjicit


CHRISTIANUS HERMANNUS,

Torgensis, Ser. Elect. Sax. Alumn.

Habebitur in Auditorio Jctorum

A. D. XXXI. Novembr. horis matut.

ANNO MDCC LXI.



WITTEBERGÆ,

Literis MICHAELIS Wendt.

230



Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.


Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

X





FELICITER!

§. 1.

Inter modos, quibus rerum dominia nanciscimur, celebris maximè in Jure nostro habetur Præscriptio. De cujus specie, longissimi temporis puta, brevi hac dissertatione dicturus aliquid, operæ pretium fecerim, si, quæ ad Præscriptionem in genere faciunt, nostram tamen satis etiam illustrant, paucis præmisero. Præscriptionem autem omnem Juris civilis esse, cum naturali tamè æquitate satis bene convenire concludimus. Etenim cum Jure Gentium (quo distincta rerum dominia cœpisse docet *l. 5. de J. & J.*) res semel mea Jure facta, citra voluntatem meam mea desinere & alterius fieri non poterat, *l. 11. de R. J.* sequebatur inde, ut ego, quamvis possessione rei per annos quamplures caruerim, eam à quocunq; tandem possessore vindicare quirem: tu contra, qui rem illam ab altero, licet bona fide & justo titulo, fortè etiam oneroso, accepisti, nunquam ejus dominium per possessionem tibi acquirere valeres, sed semper de Jure auctoris tui dubitare & me superventurum, remq; meam, cum ingenti tuo detrimento, tandem repetiturum expectare in dies haberes. Ne idcirco rerum dominia ita semper in incerto manerent *l. 1. de usuc.* litesq; perpetuo durarent *l. fin. pro suo* è re Reip. præcipuè erat, ut à Majestate civili certus præfiniretur temporis terminus, intra quem Dominus quod suum est vindicare deberet: Quo demum præterlapso non tantùm ipsemet in Judicio non ampliùs audiretur; verum ipsum quoq;

*Præscriptio-
nes cujus
juris sint.*

A 2

rei



rei dominium, quasi in pœnam negligentia *l. ult. in fin. C. de ann. except.* fingendo alienationem intercessisse *l. 25. pr. de V. S.* ipsi auferretur, & alteri, qui per legitimũ illud tempus possedit, adjiceretur *l. 3. de usucap.* Herm Vultej. *1. Jurispr. Rom. c. 71. post princ.* Nec Legislatori id jus esse ambigendum est. Si enim ipsi de Jure naturæ competit potestas subditos, bono quidem publico id flagitante rebus suis, etiam per directum privandi, quidni & hoc in juris puncto, determinato nimirum certo tempore, eoq; Patrifam. ad res suas inquirendas & interversas vindicandas sufficiente, idem erit statuendum? Vid. *Magnif. Dn. Hahn. Obs. ad Wes. h. t. n. 9.* Henr. Zœs. *Comm. ad D. eod. n. 4.* præsertim cùm nulla sit lex naturæ, quæ vetet dominio modum ponere vel modum amittendi illud statuere. *Nobiliss. Dn. Joh. Strauch. diff. ad D. VIII. th. 3.* Quibus quam maximè accedit, quod non semper talis jus domini sui perdat, sed tunc demum, si certis iisq; pene multis, adversarius, qui præscriptionis emolumento gaudere satagit, instructus fuerit requisitis (de quibus breviter infra th. 51.) Cum primis autem cùm de Praxi hodierna, contra Juris Comm. regulas, bona fides omni tempore exigatur, Ant. Perez. *ad t. C. de usuc. pro empt. n. 10.* & licet elapso Præscriptionis termino, ille tandem cognoverit rem alterius fuisse, ad restitutionem tamen nullo jure tenetur, cùm ea res, cujus per legem adjectum habet dominium, aliena amplius dici non possit, *arg. c. quid dicam. XIV. qu. 4. Mæstert. II. de Justit. LL. Rom. dub. 41. Zœs. ad Decret. h. t. n. 10. Card. de Lugo 1. de J. & J. d. 7. sect. 1. Fachin. 1. Contr. 64. Em. Soarez. thesaur. verb. Præscript. n. 226.*

Non Juris
nature.

II. Paucis hoc loco *ὡς ἐν πρῶτῳ* notandi, qui ab hac, quæ communis est Juristarum & Moralistarum, sententiã secedunt. Et quidem multi iiq; doctissimi viri, reperiuntur, qui præscriptionis incunabula Juri naturæ ascribunt. Quibus ante omnia in memoriam revocamus, præcipuam & tantum non omnem Præscriptionis paginam absolvere certum temporis lapsum. At verò tempori, si per se & sequestrata illa Principali sanctione consideretur, effectricem hanc vim, ut possit alteri quod suum est abjudicare, & in alterum derivare, Dd. rectè dene-

denegant, eleganti hæc addita ratione: quod nihil à tempore fiat quamquam nihil non in eo. Vasqu. *II. contr. Illustr. 56.* Et sanè, ut potioris juris sit Titius qui v. c. per XXX. annos integros possedit fundum hunc, quam Cajus, cujus possessioni in alio fundo deficit temporis aliquod, in acquirendo eorum dominio, ex quo ratio naturalis id dicitur, equidem haud video. Nec bonum adeo necessarium credenda est Præscriptio ut ab ipsa naturali lege immediatè stabilietur; quamvis Lex naturæ suadeat, esse valdè conveniens & expedire Reip. ut Lege positiva introducatur. Card. de Lugo *l. cit.* Quâ lege igitur hætenus cessante in foro Gentium, effectum quoq; ejus ibidem cessare rectè concluderis. Ex iis quæ jam diximus, pronò etiam alveo fuit, hunc titulum inter supremæ fortunæ homines, qui nullo Juris Civilis vinculo, tenentur, haud rectè allegari: frustra q; esse provincias Imperio Rom. Germ. subtractas in illo, pro exemptionis suæ jure allegando, utut contrarium ardeat H. Grot. *II. de J. B. & P. 4.* eumq; secutis Graswinck. *Strict. ad Felden. animadvers. ad Grot. l. d. Celebrerrim. Polyhistor. Dn. Hermann. Conring. tr. de finib. Imp. Germ. c. 19. & alibi passim.* Auctori Jur. & judic. *Fecial. lib. II. c. 3. q. 8.* Wurmler. *Ex. Jur. Publ. 1. qu. 14.* & aliis; contra quos disput. *Nobiliss. ac Consultiss. Dn. Præses Patron. meus ætatem colendiss. dissert. de Propriet. Rer. th. 23. & discurs. priv. ad Synops. 7. Publ. Becker. l. 1. c. 2. §. 1. vers. emptione. Add. Cluten. Syllog. rer. quotid. th. 12. lit. d.*

III. Longiùs à parte alterâ à vero abeunt, qui Præscriptiones æquitati naturali contrarias fingunt ac proinde merito suo è Reip. finib. exterminandas suadent. Quid enim, dicunt, injuriû magis est, quàm alterum cum jactura alterius locupletari? *l. 14. de cond. indeb.* quid durius quàm Domino ignoranti & invito jus suum detrahi *l. 2. de his qui al. jur. sunt*, & sine ipsius factò ad alium transferri *d. l. 11. de R. J.* id quod tamen venire hic usu, Præscriptionem vel leviter intuenti constare autumant: eamq; proinde ab Imp. *in Novell. IX. vers. habeat*, iniquum juris præsidium nec non improbam temporis allegationem audire. Angel. & Alex. *in l. 49. §. 2. col. 1. de A. vel A. P. Hunn. 2.*

Nec contra idipsum.



var. resol. tr. 3. q. 2. Verùm stantibus hisce, quid amplius de-
nuo confeceris, quàm Præscriptionem non ita benè bono sin-
gulorum consulere? Jam clari juris est, eam totam Reip. in-
niti bono, dum certa rerum dominia reddit *l. 1. de usuc. atq;*
adeò, quod ex iniquo videtur habere contra singulos, utilitate
publicâ rependere; quippe secundum quam & illa æstimanda
venit. Vid. Plin. *VII. Epist. 18.* Tacit. *XIV. Annal. Auth. res que
subjacent. C. comm. de legat.* Quinimo nec singulorum bono in
totum eam resistere dixerim, cùm ille, qui rem suam per Præ-
scriptionem perdidit, per eandem rem aliam tueri queat ad-
versus Dominum, quo de latè Hug. Donell. *V. Comm. J. Civ. 30.*
Novellam IX. non est ut attendamus, cùm sublestæ fidei sit in-
simulata ab accuratis Jct. alleg. Hilligero *ad Donell. Enucl. l. 5.
c. ult. lit. d.* Dn. Strauch. *l. d. apb. 2.* (à quorum tamen sententiã
nuper secesit & Nov. Xæ *ad Justinian* propugnat multis *in Ir-
ner. non errante cap. 2. n. 5. & seqq.*) Aut si quid addendum, eam
de Præscriptione illa, quæ cum mala fide cepit initiũ, loqui asse-
rimus cum Matth. Coler. *ad Decretal. h. t. rubr. n. 17.* Cisner. *ad
l. 1. D. h. t. n. 13.* Aliter respondet Mæstert. *loc. cit. dub. 39.*

*Usucapionis
origo in Rep.
Romana.*

IV. Vim autem hanc domini derivativam tempori in
RPa Romanâ primitus indidère Decemviri. Constitutum
enim in LL. XII. Tabb. legimus: ut res mobiles anno; immo-
biles biennio acquirantur usu, nullo præsentia aut absentia
habito discrimine. Atq; hinc est quod Cicero *in Topic. & pro
Cecin.* refert; quòd usus & auctoritas fundi biennium; reliqua-
rum rerum annuus sit usus. Ubi per vocabulum *usus* possessio-
nem significari certum quidem est; *auctoritas* verò vel effectum
illum usus, quem lege Xvirali accepit, domini scil. adjectio-
nem à parte possessoris, secund. Donell. *V. Comm. 20.* vel jus
vindicanđi per dictum tempus adhuc durans penes Dominum
denotat, *uti malunt* Dn. Strauch. *ad L. Decif. diff. 2. cap. 1. th. 13.*
Hug. Grot. *flor. spars.* Quæ eadem lex cum reliquis Italiae po-
pulis Roman. Imperio adjunctis, deinde communicata fuit;
ut qui & in aliis præ Provincialibus potioris juris habitus fue-
runt. Conf. Petr. Pithæus Jct. *not. ad Coll. LL. Mosaic. cum Rom.
p. m. 195.* Cur autem tam brevi tempore coarctata fuerit usu-
cario,

capio, rationem hanc reddit Varro: quod boni Patrisfam. sit
ferum immobilium quotannis inire rationem, & altero, quod
desideratur, anno repetere; mobilium vero singulis semestri-
bus. Matth. Wesenb. *π. b. t. n. 11.*

V. Propagatis postmodum Romanorum finibus, nec
vicinis modo sed & longe latèq; disitis regionibus in provin-
ciarum formas coactis, absonum à Juris civilis apicibus vide-
batur, ut Provinciales in prædiis suis, tributis stipendiisve
oneratis, eodem quo victor, gauderent jure. Quapropter
moribus introductum, ut, quæ ob summum Reip. Rom. domi-
nium, jure belli acquisitum, in fundis provincialibus, nexu
solenni, hoc est, per æs & libram mancipari & usucapi con-
sequenter haud possent; tempore longo, id est, decennio inter
præsentes, inter absentes (quales dicti qui in diversis provinciis
domicilium habebant *per l. ult. C. de præscr. long. temp.*) vicen-
nio acquirerentur. Cur absentibus autem longius spatium
sit indultum, in promptu est ratio, cum præsentes rebus suis
ad sint, easq; ab illis qui eas detinent, facilius possint revoca-
re, quam absentes. Et vero, quoniam non ipso jure, sed ex-
ceptionis ope jus illud asserebant Provinciales, non usucapio
sed Præscriptio audiebat. Connan. 3. *Comment. 11. n. 2.* A missam
autem illam rem quomodo tandem repeterent, ambigeba-
tur vel idè, quod Præscriptio, vim vocis si spectes, mera sit
exceptio, cujus nempe officium est excludere & enervare actio-
nem, non verò eandem movere. Utilem tamen rei vindicatio-
nem, quâ non tam dominium quam utilitatem rei petebant,
hoc casu Prætorem aut Præsidem dedisse colligitur *ex l. 8. pr.
C. de præscr. 30. vel 40. ann. Conf. Ant. Perez. ad C. de præscr. long.
temp. num. 1.*

VI. Differunt hæcenus inter se usucapio & longi tem-
poris Præscriptio (1.) rebus possessis. Illa in rebus mobilibus
omnibus: immobilibus mancipi tantum, quales erant prædia
in solo Italico posita: hæc cum primis in immobilibus, nec man-
cipi, Provincialibus sc. fundis obtinebat. *l. 12. §. 2. de publ. in rem
act.* Vid. tamen Bacchov. *ad Treutl. Vol. 2. disp. 22. th. 1. l. b.* qui
caute loco hic tradit ex Røyard, ad LL. XII. Tab. c. 16. quos-
dam

*Item longi
temporis
Præscriptio-
nis.*

*Quomodo
differebant
inter se.*

dam fundos Provinciales etiã mancipi fuisse, qui ex certis causis Romanorum erant facti, quorum usucapionem quoq; fuisse probabiliter astituit. *Add. Gödd. ad l. 77. de V.S. n. 3.* Quibus & haud malè addideris res in corporales, quæ propter L. Scriboniam usucapi quidè non poterant, longo tamen tempore præscribi iis ubivis permittebatur. *Conf. Dn. Hahn. ad Wesf. de serv. n. 5. in fin. Valent. Riem. dec 4. qq. Illustr. 7. (2.)* Tempore. Illa in rebus mobilibus annum; in immobilibus biennium; hæc longum tempus X. vel XX. annos sub data differentia exigebat. (3.) Effectu. Illa dominium plenum adjiciebat ipso jure; hæc jus dominio finitimum, exceptionem adversus actorem, & amissã possessione utilem rei vindicationem contra quosvis possessores. Quod jus in hæredes itidem transferebant, rebus ipsis in dominio populi vel Principis interim remanentibus. *Cont. 1. disp. 12. p. 97. Donell. V. Comm. 14. ibiq; Hillig. l. g. Fucrunt & aliæ differentia quamplures, de quibus Donell. & Hillig. ll. dd. Cujac. π. C. de Præscr. long. temp.*

*Earum
transfor-
matio.*

VII. Tandem cum Imp. Justinian. discrimine prius dominii inter Bonitarium & Quiritarium, antiquæ subtilitatis ludibrio, sublato, ut omnes rerum suarum plenissimo jure sint Domini per l. un. C. de nud. Quir. Jur. toll. fecerat; dictis etiam ambagibus positurus obicem, usucapionem transformavit & per l. un. C. de usuc. transfor. introduxit, ut antiquatis locorum rerumq; in mancipi & nec mancipi differentiis, quævis res quoquo modo ab alienari possint: tempus verò, quod in usucapione ipsi angustum nimis videbatur in mobilibus ad triennium; in immobilibus ad X. vel XX. annos extendit; effectu usucapionis longi temporis etiam Præscriptioni concessio. *Perez. ad d. l. un. Pacius Isag. ibid. Zang. tr. de except. p. 3. c. (mibi) §. n. 5. Donell. 5. Comm. 4.*

Questio.

II X. Cæterum an per d. l. un. hi tituli duo ita sint confusi ut nullum omninò supersit discrimen quæstionis est. Atq; ita quidem sentiunt Donell. Zang. ll. dd. & alii; Contra quos insurrexerunt Parlador. c. 1. Rer. quotid. §. 1. & seqq. Riemer dec. V. q. 3. Nos, posteaquam monuerimus non ita benè à laudatis viris in hac quæstione confundi temporalem, quam appellant, cum

cum rerum præscriptione; quam solam transformata[m] voluisse Imp. rectè animadvertit Bachov. *ad Treutl. l. d. th. 2. l. g.* fœdere distinctionis rem componendam ducimus, inter longi & longissimi temporis præscriptionem. Illam quod concernit, veriore[m] prioris sectæ Dd. sententiam & textus verba & communis loquendi usus (de quo nihil refert num te præscripsisse aut usucepsisse rem dicas, Mejer. *Coll. Arg. ad D. t. de usuc. n. 2.*) svadent. Hanc autem in quam multis ab usucapione adhuc distare, ultro largimur, prout ex mox dicendis elucescet. Conf. Franzk. *ex Just. 5. q. 7. n. 3. Excellentiss. Dn. Schiöter. in animadvers. ad Bernh. Suth. diff. 6. aph. 7.*

IX. Hactenus hæc de longi temporis Præscriptione obiter quasi adjecisse sufficiat. Accedimus jam illam, quæ Jure Codicis demum introducta est, Præscriptionem, quæ XXX. vel XL. annorum est & passim longissimi temporis dicitur; non quidem ἀπὸ λῶς longissimi, qualis vocari posset immemorialis vel etiam centenaria; sed κατὰ π, in relatione ad longum tempus. Tantum enim tempus in jure & communi loquendi more pro perpetuo & longissimo venditatur. Bernh. Sutholt. *diff. IX. aph. 12. vid. pr. Inst. de perp. & temp. act. ibiq. Dd.*

X. Hæc à Legumlatoribus inventa primitus, non ut res earumq; dominia per eam acquiramus (cui longum tempus sufficere videbatur) sed eâ fini præcipuè, ut actorem à limine judicii eâ instructi repellamus, eam saltem ob causam, quod tempore à legibus præfinito non egerit. *Consultiss. Dn. Struve, Exerc. ad D. 35. th. 3. Virgil. Pingiz. qq. illustr. 41. n. 30.* Quamquam non diffitear in personalibus actionibus omnimodam liberationem; in realibus firmam possessionem, quin imo ipsum quoq; dominiû quandoq; consequi eam exceptionem de quo *inf. th. 56. Oldendorp. de Præsc. rubr. quid sit usucapio.*

XI. Auctorem ejus Theodosium M. fuisse contendit Jacob. Cujac. *18. Observ. 26. &*, qui ejus vestigia preffit, Dion. Gothofr. *ad rubr. C. de præscr. 30. vel 40. an. quod etiam comprobare videtur Valentinian. in Nov. VIII. Cod. Theod. de 30. ann. præscript. omnib. caus. opponenda. ubi: Lex Domini Patris clementiæ meæ, Theodosii perennis Augusti, quâ virtutum sua-*

B

rum

De Præscri-
ptione lon-
gissimi tem-
poris.

Quâ sine in-
troducta.

Auctor XXX
ann. præscr.

rum morem secutus, humano generi profunda quiete prospexit. Sed opinionem Communem, quæ Theodosio II. eam ascribit veriore adhuc putamus. Quoniam *l. 3. C. b. t.* vel ipsis contrariæ sententiæ auctoribus concedentibus, Theodosii Junioris est: Simile autem quid à Theodosio Seniore constitutum nullibi reperitur. Nec refragatur, quod *in d. Nov. 8. Patris Theodosii* fiat mentio. Rectè enim Theodosium II. Collegam quantumvis suum Valentinianus appellat, quòd, ductâ in uxorem Eudoxia ipsius filiâ, socer ipsius esset. Dn. Strauch *in Irner. non errant. c. 4. n. 4.*

Et Quadragenaria.

XII. Hanc sua ætate iterum confirmavit Anastasius Imp. *per l. 4. C. eod. ac*, cum aliqui interpretatione sua vel fortuita vel excogitata quasdam actiones absolutè perpetuas, quod specialiter *in d. l. 3.* non essent enumeratæ, remansisse contendissent, atq; ad eò laudabili illi sanctioni fraudè facere satagissent, superaddidit decennium adhuc earum actionum termino, quæ Constitutionem Theodosiam effugere videbantur. Illo etiam tempore actiones, quæ jus publicum respiciunt perimi voluit. *d. l. 4. junct. l. ult. C. de fund. patrim. Cujac. w. C. b. t.*

XIII. Optimè sanè latis his LL. prospectum erat in provinciis publicæ utilitati: In Italia contra altercationibus innumeris judicia strepebant, propter annalem Contractus Italici præscriptionem; quem nimirum annum, utilem puta, tam effusè quidam interpretabantur, ut ad quinquennium: alii ut ad decennium quandoq; posset extendi. His difficultatib. remedium invenit Justinian. noster, dum, locorum discrimine penitus abrogato, sanxit, ut in Italia æquè ac in Provinciis actionum & exceptionum eadem habeatur ratio, & personales actiones, nec non reliquæ ubivis locorum XXX. annis sopiantur: cæteris in suo vigore relictis *l. 1. C. de ann. except. Ital. contr. ubi Gothofr. Cujac. & Pac.*

XIV. Præscriptionis XXX. annorum objectum actiones, seu in rem, seu in personam, seu mixtæ sint constituere probamus *ex l. 3. C. b. t. junct. l. 1. C. de ann. except. ubi pro regula observamus*, quòd quælibet actiones quæ perpetuæ videbantur olim, nec limitatæ antiquis temporibus fuerunt, tricennio expirent.

pirent, nisi quas vel omninò perpetuas remanere, vel 40. annis sopiri expressè voluere Nomothetæ. Perpetuæ autem antiquitus ex omnes habebantur, quæ ex Legib. Sctis aut Principum placitis profectæ fuerunt, eam sanè ob causam, quòd earum sanctionum vis ac potestas esset perpetua. Diversam obtinebat in iis, quæ ex propria Prætoris Jurisdictione pendebant, quæ cum & ipsa annua esset, actiones etiam anno utili plerumq; vivere desinebant. *pr. I. de perp. & temp. act.*

XV. Enim vero, aliunde, inquires, notum est, actiones in rem mobilem hodie triennio: immobilem X. vel XX. annis perimi: unde igitur est, quòd *ib. preced.* astruximus, reales quoq; actiones trecennio demum finiri? Verum illud est, fateor; & actio realis citius quam personalis debet tolli vel eam saltem ob causam, quòd non tam negligentia non agentis quàm usus possessoris ibi veniat attendendus. Possessionis enim virtute res in dies majorem quasi connexionem cum eo qui detinet sortitur & jus domini sui paulatim consumere videtur. Hoc tamen ut obtineat rem etiam habilem ad præscribendum & possessionem illam ex bona fide & justo titulo qualificatam maximè voluere Legumlatores; quorum vel unico deficiente non potuit non actio etiam realis perpetuari.

Obiectio,

XVI. Quæ igitur actionem suam perpetuant & ad XXX. annos producant, primi generis sunt Res ob favorem Dominorum suorum usucapi prohibitæ. Uti sunt (1.) Bona filiorumfam. adventitia *per auth. nisi tricennale C. de bon. mat.* Hæc namq; à Patre, etiam sciente filio alienata intra 30. annos rectè revocantur & vindicantur à quolibet possessore. Arias Pinell. *ad d. auth. n. 45.* Notandum tamen venit, quòd illud tempus non à die alienationis, sed quo suæ potestatis factus fuit filius regulariter currat. Indecens quippe videbatur, filium in sacris patriis constitutum, contra factum Patris venire, ejusq; contractus in judicio impugnare debere. *arg. l. 4. de judic. Anton. Perez. ad t. C. de bon. mat. n. 9.*

XVII. (2.) Res testamento ob justam causam alienari prohibitæ. Hæ enim propter favorem ultimorum elogiorum alienationem & usucapionem effugere videntur, *l. 2. C. de usuc.*

B 2

pro



*pro empt. l. fin. C. de reb. al. quin tamen subiaceant nostræ Præ-
scriptioni vix dubitandum erit, arg. l. 3. §. 3. C. Comm. de legat.
junct. l. 3. C. b. t. Bachov. ad Treutl. l. d. th. 3. l. m.*

XIIX. Huc (3.) etiam videntur referendæ res minorum
XXV. annis. *l. 3. C. b. t.* Verùm id qui faciunt falluntur. Quan-
quam enim verum sit quòd hisce, dum in lubrico ætatis con-
stituti sunt, præscriptio longi temporis nihil officiat ipso jure
hodie, *per l. ult. C. in quib. rest. in int. necess. non est.* quòd tamen
res eorum, quando ætatem illam excesserunt, ordinariis præ-
scriptionibus succumbere non incipiant, sed speciali privi-
legio adhuc gaudeant ullo juris textu probari non poterit:
Nec quicquam in contrarium faciente *d. l. 3.* uti in ipso forte
conflictu ostendetur.

XX. Secundi generis sunt res quæ propter vitium reale
usucapioni fuerunt exemptæ. Quales sunt (1.) Res furtivæ. Il-
larum ex L. XII. Tabb. & L. Atinia perpetua erat auctoritas
in quoscunq; possessores inciderint *l. ii. C. de A. vel Ret. poss.*
Ex jure autem novissimo XXX. annis acquiruntur, cùm tanto
temporis spatio vitium, quod rei cohærerè videbatur, pur-
gari credatur. Vid. *Magnif. Carpzov. P. 2. Const. 3. def. 16.* Idem,
ob rationis identitatem, judicium erit de rebus vi raptis, amo-
tis ac expilatis. Sic etiam partus ancillæ furtivæ apud bonæ
fidei possessorem editus, quamvis apud Dominum vel alium
possessorem, imò ipsum furem fuerit conceptus, dicto tempo-
re præscribitur. *Zœs. D. h. t. n. 26. §. seq.*

XX. (2.) Vi possessæ. Harum usucapioni resistit L. Julia
& Plautia. Dn. *Strauch. l. d. th. 7.* quod tamen ultra trecen-
nium neutiquam extendendum putes, cùm præter supra datam
rationem facilior harum, quam furtivarum sit persecutio, ut-
pote quæ ita clam Dominum haberi non possunt. (3.) Præsidii
contra L. Jul. repetundarum donatæ. Dn. *Hahn. ad Wesf. h. t.
Cujac. X. Obs. 12.*

XXI. Tertii generis sunt res in quibus personale vitium
impediebat usucapionem. Quamvis enim res maximè sit ha-
bilis, si tamen is, qui eam hoc titulo acquirere cupit, bonam
fidem titulumq; justum possessionis suæ non habuerit, nulla-
tenus

tenus usucapiet. Mejer. *Coll. Arg. h. t. n. 8. & 9.* Attamen triginta annis rebus mala fide & sine titulo possessis præscribi juris est in dubitari per *l. 8. §. 1. & 2. C. de præscr. 30. vel 40. ann.* Quod assertum ita procedere ampliamus, quamvis inhabilitas temporanea, primi vel secundi generis, etiam concurrat. Sic furei furtivæ præscribit, qui nec bonam fidem nec titulum ullum habere potest *l. 1. §. 1. C. de ann. except.*

XXII. Idem ferè obrinet in servitutum præscriptione, quando præscripturus patientiam adversarii sui probare non valet (quod tamen necessarium exigunt Dd. Comm. alleg. Balb. *tr. de Præscr. p. 2. p. 4. pr. qv. 1.*) aut in mala fide fuit constitutus, id est scivit sibi non competere jus illud. Hoc casu longissimum saltem tempus ipsi prodesse, veritati juris theoreticæ magis convenit Paul. de Castr. *in l. 11. ult. apost. C. de servit.* Schneidev. *ad §. fin. l. de S. R. & U. P. ubi Wesenb. in not. marg.*

XXIII. Jure Novell. etiam introductum, ut res à malæ fidei possessore in tertium bonæ fidei possessorem Domino ignorante translata non usucapi sed 30. tandem annis possint acquiri *Nov. 119. c. 7. auth. mala fid. C. de præscr. long. temp.* cujus tamen varias limitationes afferunt Dd. *vid. Gothofr. ad d. auth. Bart. ad l. 13. §. cum quis de A. vel A. P. Consultiß. Dn. Ludvvell. Comm. ad l. h. t. §. 2. n. 2.* Quod equidem in odium malæ fidei possessoris constitutum videtur, ne scil. quod ipse sibi acquirere non potest, alteri clam Domino tradendo, rei pretium lucretur, plusque juris (usucapiendi nempe conditionem) in alium transferat ac ipse habuit. *l. 54. de R. J.*

XXIV. Personalibus actionibus trecennium hoc obstare minus habet dubii, cum sola negligentia creditoris, debitum non petentis; non usus possessoris, qui nullus ibi est, observetur. *Zæf. ad D. h. t. n. 48.* Variæ tamen reperiuntur quæ limitata sunt breviori spatio, ut: actio personalis de usufructu, quam X. vel XX. annis perimi putamus, cum tanto tempore usufructus ipse non utendo amittatur, quidni & actio, quæ sequitur naturam ejus, cujus gratia introducta fuit? Nec meliori jure ille gaudere debet, qui actionem pro usufructu consti-

euendo quàm qui jam constitutum eum habuit. Perez. *ad t. C. de usufruct. n. 27.* quanquam in contrarium abeat Dd. comm. Schola, Franc. Balb. *d. tr. p. 3. p. 4. pr. q. 5. n. 3.* Sic querela de inofficioso testamento quinquennio ab aditæ hæreditatis tempore computando sopitur. *l. 34. in fin. § l. 36. §. 2. C. de inoff. test.* Actiones in idem Criminales vicennio regulariter sunt coarctatæ per *l. 12. C. ad L. Corn. de fals. de quib. Dn. Carpz. Pr. Crim. p. 3. qu. 141. n. 8. § seqq.* Quibus addi possunt & aliæ quas vid. ap. Magnif. Dn. Richter. *decis. 21. n. 46. § 47.*

XXV. Major in mistarum actionum præscriptione suboritur difficultas. Hæ enim cum in rem partim, partim in personam tendant *§. 20. I. de act. ejus respectu X. vel XX. annis; hujus XXX. annis expirare videbantur.* Sed placuit realem potius produci propter personalem; quam hanc coarctari propter illam *l. 3. § 4. C. in quib. caus. cess. long. temp. præscript.* Tales sunt actio finium regundorum, familiæ erciscundæ, communiq; dividundo, quæ ex ipsis XII. Tabb. LL. fluxere. Vinn. *ad d. §. 20.*

XXVI. Quæritur hoc loco, an cohæredes aut alii consortes post XXX. annos ad divisionem nequeant provocare? Ita videri posset cuiquam inspectâ *l. 1. §. 1. C. de ann. except.* Sed contrarium verius est, tum quòd nemo in communione stare cogatur per *l. fin. C. comm. divid.* Dn. Carpz. *p. 3. Const. 15. def. 43.* tum quòd id fini Præscriptionum quam maximè repugnet, qui est amputari lites, quas ex aduerso auget communio *arg. l. 77. §. 20. de legat. 2.* Cum primis id confirmatur, quòd dum in communione stant, & pro indiviso possident bona, alter alterum pro locio recognoscat, adeo; nulla possit habere locum præscriptio. Quibus nec quicquam aduertatur text. *in d. l. 1.* quia dum stare voluere in communione ipsis nulla nata fuit actio per *l. 1. fam. ercisc.* ubi Gothofr. Zaf. *ad d. §. 20. de act.* Aliter respondet Perez. *ad t. C. comm. div. n. 8.*

XXVII. His accensenda venit hæreditatis petitio quam 30. annis finiri receptum est *arg. l. 7. C. de pet. her. l. 4. C. in quib. caus. cess. long. temp. præscr.* Covarruv. *1. Var. resol. 9. n. 27.* Cujus occasione observandum quòd ad exemplum Successorii Præto-

Prætoris edicti, contra regulas Juris de Praxi moderna, filius, qui intra primos XXX. annos Parentum hæreditatem agnoscere noluit, ut filius, possit intra sequentes alios XXX. annos adire eam ut agnatus, tum iis etiam præterlapsis intra totidem alios ut cognatus; atq; sic in effectu XC. annorum demum Præscriptio liberos à Parentum hæreditate repellat. Conf. Dn. Carpzov. p. 3. Const. 14. def. 30. ubi Scabin. Lips. præjudicia aliquot allegat.

XXIIX. Famofam hanc Præscriptionem fecere hæc de Jure offerendi annuisq; redivibus controversiæ. Jus offerendi autem in triplici potissimum significato accipi communiter deprehendimus. Primò dicitur id, quod habet debitor ad offerendum debitum creditori & pignus ejus gratiã constitutum reluendum. Huic equidem an præscribatur in utramq; partem disputatum fuit olim in Consult. Saxon. lib. 1. qu. 1. cons. 1. 2. 3. Negativæ ejus subscribunt Doct. communiter, tum quòd non tam jus quàm facultas sit posita in arbitrio debitoris, qui quominus eã utatur pro lubitu, impediri non posse videtur; tum etiam quòd actio pignoratitia cum effectu nondum nata dicatur debitori ante debiti solutionem; per quam denuo sibi eam quarit l. 9. §. 3. de pign. act. Et hæc sententia in Judicio Camerali & alius passim recepta est test. Gail. II. Obs. 18. Joh. Köpp. decis. 1. Zæf. ad D. h. t. n. 41. Perez. ad t. C. de pign. act. n. 13. Dn. Carpz. p. 2. Const. 1. def. 3. quam etiam comprobavit in foro Sax. Illustriss. Sax. Elect. Augustus p. 2. Const. 1.

XXIX. Secundò, Jus offerendi dicitur illud quod habet venditor adversus emptorem cum pacto de retrovendendo, quippe in cujus arbitrio positum est virtute pacti illius pretium rei offerre & rem reemere quando ipsi placet. Quæ potestas an ultra trecennium debeat extendi magis ambiguum est, multis iisq; magni nominis Jctos in partem negantium descendit. Zæf. ad D. h. t. n. 41. Perez. ad C. de præscr. 30. vel. 40. ann. n. 9. Köppe d. decis. 1. Affirmativam Praxis, optima Legum interpret, in pluribus locis hætenus stabilivit Mynsing. 1. obs. 16. Gail. 2. O. 18. ibiq; Gravæus. Dn. Hahn. ad t. D. de resc. vendit. n. 6. Dn. Ungepaur. exerc. 7. qu. 4. Novell. Aug. 1.
Part.

Part. 2. Pro quâ maximè videtur militare ratio *ex l. 7. §. 4. C. b. t.* quòd hæc Præscriptio nullum videatur initium capere posse ab incerta quancumq; retrovendendi die.

XXX. Tertio illud quod competit creditori posteriori vel ad offerendum debitum priori ut in ipsius locum succedat & hypothecam suam confirmet: ve eo id acceptare recusante, consignatam illam pecuniam deponendam *per l. 1. §. 5. & 8. C. qui pot. in pign.* Hoc si intra legitimum tempus XXX. vel XL. annorum sub distinctione quam habet *l. 7. §. 3. C. b. t.* non fecerit, præscriptio ipsi nocet omninò; cum id jus non habeat per modum facultatis sed actionis. Conf. Gail. *l. d. n. 11. & seqq.*

XXXI. Intricator adhuc controversia est, an annuis præstationibus in futurum etiam solvendis præscribatur? Notandum, tres diversas super hac quæst. occurrere sententias. Prima est Bulgari, qui indistinctè id affirmavit. Secunda Martini, qui tot esse præscriptiones, quot sunt præstationes, contendit. Tertia Johannis qui discrimen constituit inter præstationes ex contractu & ultima voluntate debitas. Quoad illas Bulgaro subscripsit; quoad has Martino. Et hanc sententiam in puncto juris veriore putamus cum Matth. Wesenb. *π. de an. & menstr. leg. n. 3.* & Dn. Hahn. *ibid.* quia in contractibus una simplex & pura est obligatio, nec quibuslibet annis noviter iterum debetur *per l. 16. §. 1. de V. O.* in legatis vero annuis tot sunt præstationes & debita, quot anni, adeoq; singulis annis obligatio finitur. *l. 4. §. 11. de ann. & menstr. legat.* Bulgari tamen opinionem amplexus fuit Div. August. *p. 2. Constit. 2.* Quam Constit. Electoralem dum quidam ad usuras & personales præstationes restringere satagunt, vereor ne violentum & à mente Illustris. Legislatoris alienum quid committant. Zang. *tr. de except. p. 3. cap. 8. n. 68.* Dn. Carpzov. *ad d. Const. El. def. 1. cum primis,* quia de usuris & personalibus præstationib. vix pauci dubitaverunt, cum tamen in d. Const. dissensus Jætorum præsupponatur. Conf. Bachov. *ad Treutl. d. th 3. lit. 1.*

Objectum

XXXII. Quadraginta annis præscribitur (1.) Rebus fiscalibus. Hæ nullo tempore olim acquirebantur usu, ob filci favorem, quòd teste Tacito, ex illis belli præsidium & pacis decus soleat

soleat comparari, quod tamen ad 40. annos postea reduxisse videtur Anastas. in *l. 4. C. b. t.* Intelligendum autem hoc est de rebus fisco jam acquisitis. Etenim acquirendis uti sunt ἀκίνητα, ἀδέσποτα, quæ ex L. Jul. Caducaria ad fisco spectant, quadriennii obest præscriptio. *t. tit. C. de quadr. præscript.* Item si res ob non solum vectigal in commissum ceciderit, quinquennii præscriptio locum habet. *l. 2. C. de vectig.* Actionibus verò reliquis fisco competentibus XX. annis præscribitur. *l. 12. de div. & temp. præscr.* Obiter hoc loco quasi observandum venit, quòd Jura fisci hodie non soli Imperatori, ut antiquitus de Jure Civ. *l. 1. C. de bon. vac.* competant, sed etiam Statibus Imperii nostri, virtute superioritatis territorialis: imò quòd majus est, etiam Provincialibus, si Præscriptione, aut ex speciali Principis concessione ea acquisiverint vel jus Imperii meri habeant, sint communia. Dn. Hahn. *ad Wes. in quib. caus. pign. vel hypoth. n. 5.* Heur. Stamm. *tr. de servit. personal. l. 3. c. 9.*

XXXIII. (2.) Bonis reliquis Principis quæ in patrimonio suo habet *l. fin. C. de fund. patrim.* Nam qui fundum à Principe accepit & per 40. annos, canone annuatim soluto possedit; nulla ei à fisco potest moveri quæstio, modò canonem in posterum sit soluturus: Aut si sine canone sibi à Principe concessum fuisse fundum probaverit & per dictum temporis spatium possiderit, neq; de fundo neq; de canone conveniri poterit. Zæf. *ad C. b. t.* Perez. *ad l. f. C. de fund. patr.*

XXXIV. (3.) Rebus & actionibus civitatum *l. 4. C. b. t.* Contra has olim quidem non, nisi centenaria cucurrit præscriptio *l. 23. C. de SS. Eccles.* eam tamen ad quadragenariam reductam fuisse rectè asseritur per *Nov. 111. c. 1. & Nov. 131. c. 6.* tum quòd eadem in civitatibus quæ in Ecclesiis militet ratio; quæ fuit, quòd post tantum seculi magis quàm temporis spatium nec documentis integritas nec ætis fides nec ætas testibus valeat suffragari. *d. Nov. 111. præf.* tum quòd ejusdem juris passim censeantur, nec minor Ecclesiæ qu. civitatis debeat esse favor. Dissentit ab hac sententia Theodorus, Græcus Interpres, & Johann. eosq; secuti Cujac. *5. Obs. 5.* Berl. *2. concl. 8. n. 4.* quos longa serie adducit Dn. Straych. *in Irner. non errant. c. 4. n. 8.* De

C

Jure

Jure Sax. Elector. tricennalem Præscriptionem contra civitates currere omni dubio caret propter Nov. Aug. 6. part. 2.

XXXV. (4.) Rebus Ecclesiæ temporalibus nec non reliquis cujusvis generis actionibus *per Auth. quas actiones C. de SS. Eccles.* sive hanc præscriptionem alius alleget contra Ecclesiam sive hæc contra aliam Ecclesiam *per c. 6. X. de præscript.* Dn. Carpzov. *p. 2. Const. 5. def. 1. 2. 3. & 4.* ubi hoc multis ampliat. Cæterum an & mobiles res hoc privilegio gaudeant, disputant Dd.. Communis & sine dubio verior negantium est sententia, quam comprobare quoq; videtur ipsa *d. Auth. Balb. d. tr. p. 1. p. 4. pr. qu. 1. n. 10.* Zœs. *ad Decret. b. t. n. 5.* Berlich. *p. 2. concl. 7. n. 12.* Carpz. *l. d. def. 6.*

VXXVI. Hac eadem præscriptione Academia, Scholæ, cœnobia, asceteria & reliqua pia loca, uti sunt: Xenodochia, Nosocomia, Orphanotrophia, &c. nec non ex actiones quæ ex causis redemptionis captivorum legato relicti descendunt, gaudent *arg. l. omnia privilegia, ubi Bart. C. de Ep. & Cler. Nov. 131. cap. 6.* Confer. *Const. 5. August. part. 2.*

XXVII. Juri Patronatus an & quanto tempore præscribatur anxie disceptant inter se Canonistæ, uti videre est penes Finckelthuf. *tr. de J. Patron. c. 4. n. 96. & seqq.* Roch. de Curte *tr. eod. rubr. quot. mod. transf. jus patr. n. 87.* Habile tamen Præscriptionis objectum rectè id faciunt plurimi *per c. 13. in fin. de Elect. in 6. c. 11. X. de J. Patron.* Ad tempus illius præscriptionis quod atinet distingvimus inter Ecclesiam liberam & non liberam seu Patronatam quam vocant. Priori casu, quando nempe constat Ecclesiam nec à Laico constructam nec dotatam fuisse, 40. annos requiri putamus; ubi tamen secundum canones de necessitate exigunt justum titulum; hoc enim deficiente non minorem quam immemoriam locum habere volunt. *cap. 1. X. de præscript. in 6.* And. Dalner. *de Præscr. n. 29.* Finckelth. *l. d. n. 102.* Posteriori vero casu interesse videtur, an Ecclesia aliam Ecclesiam habuerit Patronam an Laicum. Si illam, 40. annorum tempus hodie etiam necessarium erit. Si hunc, cum præsenticali contra Ecclesiam revera non tendat, nec ejus detrimentum adeo agatur, mutando patronum, suffecerit ordinaria præscriptio

scriptio. Dn. Carpzov. *1. Resp. Elector. 34. Hier. Schurff. cent. 2. conf. 87.*

XXXIIX. Nec minus controversa quàm elegans est, de decimis, quæstio. His nullo unqu. tempore præscribi posse contendunt, ex eo præsertim principio, quòd Juris divini sint decimæ *c. 32. vers. illæ. X. de decim.* contra quòd nulla præscriptio currit *c. frustra 7. dist. 8. Berl. 2. concl. 4. n. 24.* Sed dudum hoc ipsum, quod pro vero supponunt, credi desit, de quo consuli potest Dn. Præses *Exerc. Inaug. de Votis cap. V. n. 3. & 4. ibiq. allegati.* Discernendi autem hic videntur sequentes à se invicem casus. Aut enim Ecclesia vult contra Ecclesiã præscribere decimas, & tunc 40. anni exiguntur *cap. 6. X. b. t.* aut Laicus contra Ecclesiam: ubi iterum multum refert, num Laicus jus percipiendi decimas evincere conetur quod Ecclesiæ debetur, quo casu nullum tempus propter personæ inhabilitatem ipsi prodesse putamus *per c. 7. X. b. t. c. sacrosancta. c. Massana. X. de elect. c. benè quid. dist. 96. Dn. Carpzov. p. 2. Const. 2. def. 4. à princ.* An vero libertatem saltem à decimis præstandis sibi arrogare velit; ubi 40. annorum lapsu tutum eum credimus cum Dn. Carpz. *d. l. n. 5. Dn. Richter. decis. 21. n. 49.*

XXXIX. (5.) Actiones quæ 30. annis aliàs solent perire, si interim contestentur & omittantur postea, propter hanc contestationem ad 40. annos perpetuantur. *per l. fin. C. b. t.* Qua Constitutione Imp. Justinian. abrogat Novell. Valentin. *de Episc. Judicio*, quæ actionem ex contestatione in alios duntaxat 30. annos extenderat, nisi fuisset contestata post viginti quinq; annos; quo casu eam in annos decem h. e. quinq; supra 30. prorogarat. *Cujac. de div. temp. præscript. Ant. Perez. ad C. b. t. n. 4.* Hujus juris rationem hanc reddunt, quòd præscriptio prior per actum judiciale fuit interrupta *l. 2. C. de annal. except.* Posterioris autem respectu non pro negligentibus planè habeantur sed per casus præpediti videantur. *d. l. ult.* Atq; adeo hoc rectè ita se habet respectu ejus qui actionem instituit; Secus autem est in relatione ad alios, qui non interpellarunt, quibus alterius factum prodesse nequit. *arg. l. 2. C. quib. res jud. non noc.* Dn. Struve, *d. Exerc. th. 20.*

XL. (6.) Eodem tempore actionem hypothecariam vivere
desinere constat *ex l. 7. §. 1. C. b. t. junct. l. 1. §. 1. C. de annal. exc.*
quod tamen de eo casu accipiendum est, quando debitor ejus-
ve hæres ea præscriptione vult uti. Aliter enim se res habet si
extraneus eam allegat. Quo casu, si quidem bonâ fidē & justum
titulum habuerit, longo tempore; sin minus, 30. annis erit
tutus. *per l. 1. & 2. C. si advers. cred. præscr. oppon. l. 3. C. b. t. Zæf.*
ad D. b. t. n. 49. Sed, quid juris, si creditor hac actione expe-
riatur adversus creditorem posteriorem? textus est *in l. 7. §.*
3. C. b. t. ubi distinguitur hoc modo: Aut debitor in vivis ad-
huc est, atq; tunc anni XL. requiruntur, cum creditor poste-
rior rem priori oppignoratam tenens, imaginem principalis
debitoris obtineat, possessione nempe debitoris apud eum
constitutâ: aut in fata sua decessit, quo casu subdistinguitur,
an creditor ex sua persona præscriptionem opponere; an tem-
poris accessione ex debitoris personâ uti velit. Priori casu
XXX. anni; hoc XL. exiguntur.

XLI. Illis, quæ *in princ. th. præced.* dicta fuere, maximum
negotium faceßere videtur, quod 30. annis omnis ex con-
tractu tollatur actio *per toties laudat. l. 3. C. b. t.* sublata autem
actione principali, qua ratione, quæso, subsistet hypoteca-
ria accessoria, quæ eam semper præsupponit? Equidem Dd.
maximè in hujus juris ratione investiganda se torserunt.
Bachov. *ad Wes. t. quib. mod. pign. vel hyp. solv. n. 4.* eam in ob-
scuro ponit & inter errata Triboniani relatam maluit. Alii con-
tra, ut Triboniano sua stet existimatio, hanc assignant, quòd
Præscriptio, cum juris civilis sit, civilem saltem non natura-
lem etiam obligationem valeat perimere, cui duranti adhuc
pignus possit adhærere ad 40. usq; annos. *arg. l. 2. C. de luit.*
pign. Dn. Hahn. ad Wesenb. d. t. n. 4. in fin. Perez. ad C. b. t. n. 4.
Dn. Franz. ex 13. qv. ult. n. 16. Nos hanc rationem pro vera am-
plectimur, nimis tamen generaliter positam cum grano salis
accipiendam putamus, ut, quando naturalis obligatio, civili
per præscriptionem peremptâ, durare dicitur, de eâ, quæ
quoad reliquarum rerum præscriptionem, meræ suæ natura-
litati, ceu loquuntur, relicta est, intelligi debeat. Etenim varii
effectus

effectus sunt, quos aliàs jure civili producere solet naturalis illa obligatio, de quib. Bernh. Sutholt. *diss. 12. apb. 16.* quos illis in casibus locum obtinere *contra l. fin. rem rat. hab. l. 18. §. 1. in fin. de const. pec. l. 37. de fidei.* nemo temerè affirmaverit. Illud præterea hoc loco dissimulandum non est quòd sint qui Praxin Juris Sax. à Jure comm. hac in parte secessum fecisse, ac hypothecariam cum principali æquè XXX. annis, anno & die extingvi asserunt, inter quos est Dn. Carpzov. *P. 2. Const. 1. def. 5. §. l. 1. Resp. Jur. Elect. 33.* quam tamen ejus doctrinam cum traditis *p. 2. Const. 3. def. 4.* minus convenire cuiquam videri possit.

XLII. Paucis hic agendum quoq; erit de iis rebus quæ nec hanc Præscriptionem admittunt. Tales sunt (1.) Res quæ sui natura omnem Præscriptionem respuunt, Sacræ scilicet, sanctæ, & religiosæ, cum possideri nequeant *l. 30. §. 1. de A vel A. P.* Item liber homo *l. 9. D. h. t. l. 3. C. de long. temp. præscr. quæ pro libert.* Quibus accedunt & res meræ facultatis *l. 2. de viapubl. §. it. publ. ref.* quæ sunt actus jure positivo indifferentes, quibus factis vel omissis nemo sibi jure præjudicat Dn. Strauch. *diss. d. th. 5.* uti sunt: ire in via publica; ædificare in suo; cerevisiam emere ubi lubet; molere in quocunq; molendino; coquere panem in hoc vel illo forno & id genus alia. Quod tamen rectè ita limitatur, nisi prohibitio, etiam extrajudicialis, præscribentis intervenerit & patientia alterius fuerit subsequuta *per l. 18. in fin. quemadm. serv. amitt.* cum per hanc prohibitionem & patientiam actui aliàs liberi arbitrii, & facultatis, juris aliquid superinducatur. Dn. Ungepaar. *ex VII. qu. 4. in Ajo.* Dn. Struve. *d. l. th. 14.* Balb. *d. l. p. 4. p. 5. pr. qu. 5.*

XLIII. (2.) Res & actiones pupillares *per d. l. 3. C. h. t. verb. sed pupillari atate.* Contra pupillos enim non tantum non incipit ulla præscriptio; verum & antea contra defunctum *v. gr.* inchoata sistitur & durante ætate impubere quasi dormit; qua tandem finita, posteriora tempora cum prioribus conjunguntur & continuantur *Wes. w. de usuc. n. 14. in med.*

XLIV. (3.) Quæ in signum subjectionis & superioritatis debentur ei, qui τὸ κύριον habet in Rep. nullo tempore præ-

scribuntur Rosenth. *Syn. Feud. c. 5. concl. 16.* uti sunt, tributa, census & alia pensiones publicæ *l. 6. C. h. t.* Quod idem rectè hodie de Statibus etiam Imperii nostri pronunciatur, cum illi ex comm. Dd. theorica vi superioritatis territorialis in suis territoriis, idem possint quod Imperator in Imperio, *Consultiss. Dn. Ziegler. ad aur. Prax. Calvol. §. Landsassii n. 108. & mult. seqq. Wilh. Becker. Syn. Jur. Publ. l. 3. c. 4. n. 16.* Quin & idem obtinere in tributis & censibus, nobilibus & aliis Magistratibus inferioribus solvendis docet Dn. Carpzov. *p. 2. C. 2. def. 2.*

XLV. (4.) Regalia tam majora quàm minora, si contra superiorem opponatur præscriptio, non acquiruntur, nisi tempore immemoriali *c. super quibusd. 26. §. præterea. X. de V. S. N. A. zu Augspurg. de anno 1548. §. und soll unser junct. §. seq. cumulativè tamen, ut loquuntur Dd. non privativè, Rosenthal. Synops. Feud. c. 5. concl. 18.* Si verò contra parem vel inferiorem allegetur, longissimi temporis præscriptioni locum esse volunt Juris Feud. Dd. ubi tamen scientiam & patientiam adversarii pro requisito necessario exigunt Dn. Gothof. *Svev. Exerc. Feud. 5. th. 10.*

XLVI. Sic Jus venandi quod de consuetudine Germaniæ, Principibus proprium & inter regalia communiter connumeratur, Beck. *Syn. I. Publ. d. cap. circ. fin. nemo, etiam in proprio suo fundo sibi acquirere valet contra superiorem.* Notabile hanc in rem Responsum Jætorum Jenens. exhibet Dn. Richter. *decis. 21. n. 53.* So mag euer Client uff seinen beyden Güttern der Jagt und Weidewerck mit Hünern fangen / zumahl wieder den Dominum directum selbstem nicht anmassen / also daß er auch zu seinen Behuff die gemeine Verjährung der 30. Jahr / Jahr und Tag / gestalten Sachen nach / für zu schüßen nicht berechtiget / B. N. W. Contra parem autem vel inferiorem aliud erit dicendum. Observandum tamen hic etiam est, quòd in his provinciis nec ille, qui hoc regali gaudet in suis fundis contra alium in ejus fundis acquirere queat. *expr. text. est in Ord. Prov. de Anno 1555. tit.* Daß keiner uff des andern Grund und Boden jagen/hegen/Hünern fahen/oder ander Weidewerck treiben soll / So wollen Wir / *verb. ungeachtet einiges fürwendens/daß es anders herge*

hergebracht und in Brauch gehalten / quo tamen casu immemorialis temporis præscriptionem locum habere putat Dn. Carpz. p. 2. C. 3. def. 25.

XLVII. (5.) Jurisdictio de J. Civ. nullo tempore acquirebatur cum in patrimonio non fuerit Bachov. *ad Wes. r. de Jdict. n. 9.* sive *negativè* ut loquuntur, allegetur ut acquiratur libertas contra Jdictionem, ne sis subiectus amplius hujus vel illius Magistratus Jdictioni; sive *affirmativè*, ut eam tibi acquiras, *simpliciter* nempe ut ex privato fias magistratus: Ubi tantum abest ut potius in Leg. Juliam Majestatis incidas *l. 3. ad L. Jul. Maj.* Secus tamen est si *secundum quid* eam acquirere intendas, ut scil. magistratus tui officii ampliores reddas terminos, quod licitum erat, *l. 8. C. de div. off.* Dn. Strauch. *diff. 20. aph. 10.* Moribus autem nostris Jdicio, cum patrimonialis & transmissibilis sit effecta, ut cætera regalia à Statibus præscribi potest, sive id fiat *per modum servitutis* in alieno territorio, sive *per modum coheræntia* cum suo castro. Idem etiam de Imperio mero dicendum putat Dn. Hahn *Obs. ad Wes. de Jdict. n. 9. verb. præscriptione.*

XLIIII. (6.) Conditioni curialium non nocet ulla temporis præscriptio *per l. 5. C. b. t. l. 55. C. de decur.* Curiales erant quasi Senatores curiarum in municipiis, decuriones dicti, quorum munera & onera erant plurima, uti recenset ea Perez. *ad t. C. de decur.* quibus se ipsi liberiq; eorum subducere non poterant: atq; si hoc fortè fuissent ausi, nulla temporis exceptione obstante, ad conditionem propriam retrahebantur. Quod utilitatis publicæ gratia receptum antiquitus erat, ut essent qui patriæ suæ curam agerent & munera publica in municipiis capesserent, cum peregrini ad ea propter L. Pompejam vix aspirare potuissent. Sic ad horum exemplum nec adscriptitiis proderat 40. annorum præscriptio, ne scil. terra ejusmodi suis quodammodo membris defraudaretur, & coloni, in aliis terris demorantes, dominos terræ illius tantis afficerent damnis, ut habet *l. pen. C. de agric. cens.*

XLIX. (7.) Fundos etiam, quos precariò vel alieno nomine possidemus, ut: emphytevtæ, coloni &c. acquirere non possu-

possumus *arg. l. 2. C. h. t.* quamvis per longissimum tempus canonem vel pensionem promissam non solverimus. Quia nimirum in eodem statu, res illas semper manere oportet *l. 7. in fin. C. h. t.* Carpzov. *p. 2. Const. 2. def. 3.* Rectè autem id ita Dd. limitant procedere quamdiu tales remanserint. Si enim Domino interverterint possessionem, palam recusantes eum Dominum agnoscere, ex eo tempore ordinaria præscriptio currere incipiet. Bart. & Dd. *in l. 2. C. h. tit.*

L. (8.) Ecclesia deniq; Romana à longissimi temporis præscriptione immunitatem jactat, *per auth. quas actiones C. de SS. Eccles.* de qua passim disputant Dd. conf. Bachov. *ad Treutl. d. disp. th. 4. lit. 1.* Cujac. *V. Obs. 5.* Dn. Strauch. *d. diff. 8. th. 18.* & *Irn. non err. cap. 3. n. 10.* Aliquando tamen etiam sufficit quadragenaria contra Ecclesiam Romanam, *ut in casu c. ult. X. de Præscript. in 6.*

Requisita. LI. Atq; hæc de objecto nostræ Præscr. dicta sufficiant. Superest ut de requisitis, quæ formale ejus concernunt quædam adjiciamus. Quatuor autem præcipuè sunt in quibus tantum non omne præscriptionum momentum positum volunt, ut sunt: (1.) Bona fides (2.) Justus titulus (3.) Possessio (civilem puta) & (4.) tempus legitimum seu auctoritate publica determinatum. Quæ omnia conjunctim ad usucapionem & longi temp. præscript. requiri extra controversiam est. De his singulis nervosè tractat Dn. Strauch. *diff. d. aph. 9. 10. & seq.* Hæc autem an & quatenus ad nostram hanc sint necessaria breviter delineare hic operæ erit pretium.

Bona Fides. LII. Bonam autem fidem (quæ est animi sententia fidentis auctorem suum fuisse dominum *pr. l. de usuc.* quam nec is habet qui de Jure auctoris sui dubitat Dn. Struv. *d. exerc. th. 4.*) in puncto Præscriptionis non exigi evincit text. expr. *in l. 8. §. 1. C. h. t. vid. supr. th. 21.* Dn. Franzk. *ex. 5. qv. 8. n. 3. & seqq.* quanquam in effectu (*ut dicetur th. 56.*) differentia sit insignis inter eum qui bona & qui malâ fide rei possessionem fuit consecutus.

Titulus. LIII. De titulo justo (qui est justa possessionis causa, aut jus quo aliquid possidetur habile ad dominii translationem

nem, si ille, qui tradidit, dominium rei habuisset) expeditum ferè est. Eum enim ab hac præscriptione abesse posse jura etiam Canonicum *c. placuit 2. §. præscriptionum vers. si autè nullo titulo XVI. qv. 3.* (cui tamen ob stare videtur *c. 1. de præscr. in 6.* nisi id restringas ad res Ecclesiasticas) permittunt, prout docent Coler. *ad c. de quarta X. b. t. n. 41.* Franzk. *d. l. n. 11.*

LIV. Major difficultas quoad possessionem conspicitur. Hanc non requiri hic loci simpliciter asserunt Franzk. *d. l. n. 12.* Hier. Schurff. *cent. III. conf. 90. n. 37.* quorum tamen sententiæ obloqui videtur tritum illud; sine possessione præscriptionem non procedere *arg. l. 25. de usuc. c. 3. de R. J. in 6.* Sed nos interesse putamus num personalibus, an realibus actionibus ea objiciatur. Quoad illas possessio necessaria non est, sed sufficit sola negligentia non petentis quod sibi debetur Wesenb. *Conf. 14. n. 75.* à qua maximè causatur hæc nostra, Br. *in l. 4. §. 27. n. 3. de usuc.* Quoad has aliud dicendum, cum non dentur nisi adversus eum qui possidet *l. 23. pr. de O. & A.* Verùm an ea possessio debeat esse continua, disquiritur. Discrimen est, an ad effectum excipiendi; an etiam acquirendi domini opponatur præscriptio. Illo casu, sufficit neglexisse per tantum tempus rem suam eum, contra quem opponitur; & in præsentem possessionem constitutam esse penes eum, qui opponit. Hoc autem, possessio continua & qualificata ex bonâ fide, necessaria est *arg. l. 8. §. 1. C. b. t.* Illud tamè prætereundum non est, quòd etiam hoc casu continuatio illa possessionis non ita rigorosè sit examinanda, ne casus fortuitus, vel factum tertii vel alii modi, quibus sine voluntate nostra possessionem amittim9 *l. 1. §. 45. de vi & vi arm. l. 25. pr. l. 3. §. 17. de A. vel A. P.* (quos ex subtilitate juris usucapionis & longi temporis præscriptioni nocere certum est *ex l. 5. l. 15. & passim, de usuc. l. 19. ex quib. caus. Maj.*) possessori debeant præjudicare; quia in LL. nihil expresse quoad hanc definitum est: Jam autem in dubio, ut Dd. regula habet, ea sententiæ quæ æquitati magis convenit, erit arripienda. *arg. l. 2. §. 5. in fin. de aqu. & aqu. plu. arc.*

LV. De tempore legitimo nemo dubitaverit. Observandum autem est, continuum id esse debere, & in actionibus in rem quando possessor suâ possessione nisus, aliquod jus acquire

D

rere

Possessio.

Tempus legitimum.



rere intendit, de die ad diem numerari, ita ut ultimus dies cœptus pro completo habeatur *l. 6. D. h. t. l. penult. de div. & temp. præscr.* in personalibus v. & reliquis actionibus, quando solam negligentiam non agentis allegat, paulò aliter procedere. Illæ enim non extinguuntur, nisi novissimus dies sit completus *l. 6. de O. & A.* Rationem diversitatis hanc tradit Zang. *d. c. 8. n. 59.* quòd posterioris generis actio videatur constitui creditori sub hac conditione, si ipse egerit intra tempus legale; eisdemq; actio extingvatur sub contraria conditione, si intra id tempus non egerit: Prior contra actio constituatur Domino sub conditione, si alius non possederit; & finiatur, si alter per tot annos possederit. Donell. *5. Comm. 19.* Et facit huc, quòd, cum illic sola negligentia respiciatur, ut odiosa restringi debeat; & qui ultimis horis præfiniti temporis agit, non omninò negligens sit dicendus; At vero cum hic præcipuè favor possidentis consideretur, non adeò mirum, si ille possessione sua citius actionem adversarii enervasse intelligatur.

Effectus.

LVI. Effectus nostræ Præscriptionis duplex est; Alter ex ipsius natura profluit: alter ex accidenti eam sequitur. Ille est exceptio, quæ ei, qui præscripsit sine discrimine conceditur. Ille est dominium vel aliud jus firmum, & , quæ ex eo promanat, rei vindicatio, quæ non nisi attentata præscribentis bona fide conceditur *l. 8. §. 1. C. h. t.* Quæ rectè intentari de novo potest contra quoscunq; possessores, etiam priorem dominum, nisi (ut habet in simili Dn. Hahn. *ad Wes de R. V. n. 10.*) cum Zasio *in l. 17. §. 1. de A. vel A. P.* contra manifestissima juris principia dicere velis, eum, qui hac præscriptione rem acquisivit, saltem utile, jugulans seu adversarium dominium habere; alterum verò ad quem res possessa pertinebat olim, dominium directum retinuisse.

LVII. Possunt tamen nihilominus aliquot casus occurrere, ubi ei etiam, qui malâ fide præscripsit rem, actione aliqua succurrendum erit, ut: si quis vi fuerit dejectus, tunc possessorio interdicto *unde vi* poterit experiri *arg. l. 8. §. 2. C. h. t.* tam adversus ipsum Dominum, cum vim omnem odio habeant jura nostra, nec ulli sibi ipsi jus dicere permittant. *l. un. C. ne quis in sua causâ. l. 13. quod met. causâ.* quàm extraneû, quo cum primis

mis ob commodum possessionis superior est. Idem juris est, si ex primo decreto ob contumaciam alicujus per sententiam judicis adversarius missus fuit in possessionem. Rem enim recuperare potest si intra annum se exhibeat & de lite suscipienda caveat. *d.l. 8. §. 3.*

LVIII. Enimvero utrum ipso jure, an ope exceptionis post completam præscriptionem tollantur actiones, commodè hoc loco quaestio est. Illud juris rationi magis convenire arbitramur cum Valent. Riemer. *dec. XIV. qu. 4.* Zang. *de except. p. 3. proœm. n. 3.* Bachov. *ad Tr. vol. 2. disp. 29. th. ult. l. b.* quod comprobat *l. 3. in fin C. h. t. l. 1. §. 1. vers. nemo C. de ann. except.* ubi dicitur: actiones non debent vivere ultra præfinitum tempus. Non vivere autem est ipso jure tolli *arg. pr. f. de perp. & temp. act.* & notabilis hanc in rem text. est in *l. 4. vers. nullum jus. C. h. t. ubi;* actiones extinctæ non debent moveri & *l. 3. pr. C. de quadr. præscr.* nulla remaneat actio; *it.:* nemo audeat &c. omnis aditus præcludatur, omnis motus & spes, & multæ id genus aliæ locutiones, quæ omnes nihil aliud præter enixam Inpp. voluntatem, actionem ipso jure non comperere, evincunt.

LIX. Verùm his graviter videtur obstare *l. 8. §. 1. C. h. t.* *Objeçtio.* ubi Domino, qui remotus fuit præscriptione hac nostra ab aliquo, postea contra tertium adhuc agere integrum est. Ex quo inferendum apparet, quòd semper adhuc jus agendi illibatam penes eum resederit, quamvis cum effectu contra possessorem priorem intentari nequierit. Sed salva res est. Respondetur enim, toties ipso jure sublatam dici actionem, quoties vinculum civile sublatum & subductum est. Etiam si igitur lex priori casu Domino nequaquam assistere & sic ipso jure, possessoris istius respectu, actionem extinctam voluit; nihil tamen prohibet quo minus id in possessore novo facere possit. Quod etiam stabilire puto, quòd dominium, dum præscribens id, quia malæ fidei possessor fuit, acquirere non valuit, penes pristinum Dominum quasi salvum videatur. Quod utut hæcenus quasi dormierit & effectum ullum sortiri non potuerit, respectu tamen extranei cum effectu potest expergisci.

LX. Ex hoc ipso duo insignes & in Praxi utiles profluunt effectus. Prior est ut reus illam præscriptionis exceptionem (quam facti & intentionis, item privilegiatam nuncupant Dd.) in vim *tum dilatoria; tum peremptoria* possit opponere. Illo modo ante litis contestationem id facere debet (dummodo in continenti eam probare possit) ea præsertim fini, ut processum vel litis ingressum impediatur *c. 1. de lit. cont. in 6.* Proponi solet hoc modo: *Thue demnach Kl. die Except. præscr. hiermit opponiren / mit Bitte zu erkennen und außzusprechen / daß Kl. keine Klage gebühre / noch ich darauff mich einzulassen schuldig / &c.* Hinc definitivè ita pronunciari moris est: *Daß sich Bekl. uff die wieder ihn erhobene Klage einzulassen nicht schuldig sene.* Conf. *Ord. Prov. Jud. El. Sax. t. 11. §.* Es weren denn dergleichen exceptiones impediendes litis ingressum, & *§. seq.* Wann nun also. *Dn. Carpz. Process. t. 9. art. 7. §. 4. & 5. & p. 1. Const. 3. def. 15.* *Rosbach. Proc. Civ. t. 41.* Aliud verò obtinet, si in continenti probari nequeat. Tunc enim à Judice post litem contestatam solet rejici, hisce formalibus: *Ist Bekl. eingewandter exception ungeacht / zu antworten schuldig / und sind ihm seine angeregte exceptiones nach der Kriegesbefestigung in vim peremptoriarum zerstörlich einzubringen / hiermit vorbehalten.* Si autem in vim peremptoriae saltem opponatur, reliquarum peremptoriarum more, in ipsa litis contestatione regulariter id fieri debet, prout post alios docet *Dn. Carpz. d. Const. 3. def. 13.* non tamen opus est ut probetur nisi postquam actor intentionem suam impleverit *l. 9. C. de præscr. long. temp.*

LXI. Alter effectus est ut exceptionem illam, etiam à parte non oppositam, si de ea ex actis manifestè constet, Judex supplere, reumq; absolvere possit. Ubi enim actio ipso jure est sublata, judex actorem, tanquam eum, qui sine actione in judicio vult experiri ex officio repellit. *Mynsing. 3. Obs. 28. ubi in Camera Imperiali hoc observari docet.* In his provinciis idem observari tantum abest, ut maximè judex necessariò ad eam supplendam teneatur *arg. Const. 25. part. 1. ubi Dn. Carpzov.*

Dissentanea:

LXII. De dissentaneis hic *ὡς ἐν συνάψει* etiam agendum. Illa duplicis sunt generis. Quædam enim præscriptionem nostram impediunt; quædam interrumpunt. Illa sunt
causæ

causæ ob quas alter agere non potuit. ut in filio in potestate patria constituto *l. 1. §. fin. C. de ann. except.* in muliere constante matrimonio, Carpzov. *1. Resp. 40.* cum utriusq; res in eo statu non possint præscribi. Sic ætas pupillaris non patitur ut alteri præscriptio contra eam proficiat. *supr. th. 43.* Itē hostilitas & pestis ex sententia Interpp. Pontificem in *cap. ex transmissa X. h. r. secutorum.* Quod tamen ita limitant, si obdicias causas publicum & generale iustitiam fuerit institutum. Wesenb. *π. D. h. r. n. 14. ant. fin.* Carpzov. *decis. 116.* Sic per *Recess. Imp. Ratisbon. de Anno 1654. §.* So viel nun die capitalia anlanget / expressè constitutum, ne præscriptio tempore perpefforum tumultuum belliorum creditoribus nocere debeat. Huc quidam referunt etiã absentiam adversarii, furorem & infantiam &c. (quod non valenti agere non currat præscriptio *l. 1. §. fin. C. de ann. except.*) Sed malè. Licet enim iis casibus aliquis contra adversarium suum formaliter agere non valeat; potest tamen aliis uti remediis, non ad impediendũ sed ad planè interrumpendum præscriptionis cursum, juxta præscriptum *l. 2. C. de ann. exc.* Illis annumerandum censemus & pactum, quo præscriptioni expressè fuit renunciatum, quod licitum est. *arg. l. pen. C. de pact.* Hier. Schurff. *cent. 1. conf. 14. n. 3. & 6.* Nec obstat *l. 1. D. h. r.* ubi dicitur, quod usucapio, (adde, & præscriptio) bono publico sit introducta, atq; ita juris publici esse dicatur; cui partium conventionem derogari non posse docet *l. 38. de pact.* Præscriptio enim principaliter juris privati est & utilitatem singulorum directè spectat, cui cum effectu renunciari potest *l. 7. §. 14. de pact.* Juris tamen publici etiam dicitur per consequentiam saltem, quia propter bonum publicum, quod est dominiorum certitudo & litium finis, introducta Dn. Hahn. *ad Wesenb. l. d.*

LXIII. Sed, num ex causa ignorantie contra præscriptionem nostram in integrum restitutio concedatur, disputatur. Affirmativæ subscribunt Dd. comm. quos sequitur Wesen. *l. d. Zang. d. c. 8. in fin.* contra quam sententiam, sicut à juris tramite planè alienam rectè insurgit Dn. Hahn. *ad Wes. l. d.* tũ quòd tam longo silentio pro negligentia habito, ignorantia prætensa

D 3 non



non possit causa esse, quæ iniquam læsionem faciens restitu-
tionem justam suadeat, quæ tamen ut restitutio habeat locum
requiritur. *l. 5. C. de in int. rest. minor.* tum præprimis, quod ad-
missã communi ea opinione, Præscriptionum jus maxime
everteretur. *Arum. Ex. 6. rb. 10.* Quod rectè animadvertens
Illustriss. Saxo *Const. 9. p. 2.* negativam in his judiciis confir-
mavit. *Add. Dn. Richter. dec. 21. n. 68.*

LXIV. Interrumpunt Nostram quædam naturaliter,
quædam civiliter. *Illo modo,* actus quibus rei possessio ad ipsum
Dominum deferretur. *Hoc vero* litis contestatio denuncia-
tio & citatio judicialis *l. 3. §. que ergo l. 7. pr. C. h. t.* aut
si hæc haberi non possit, extra judicialis testato facta *per l. 2. C.
de ann. exc.*

LXV. Interruptionis officium est hoc quod cursum præ-
scriptionis planè sistat & rursus ea de novo sit inchoanda,
priori nihil juvante; Quando vero impeditur Præscriptio,
prius inchoata non est nullius momenti, sed sublato impedi-
mento continuatur & tempus prius cum sequente conjungi-
tur *Wesemb. d. l.*

LXVI. Restat nunc ut, in quibus à Legum præscriptio
circa hanc materiã recedat Praxis quotidiana, quasi per transē-
nam hinc lustremur. Equidem regula illa Pontificis *in c. ult. X.
h. t.* quæ nullam omninò præscriptionem valere vult cum
mala fide, cum quicquid non est ex fide, peccatum sit (*dignè
sanè tanto Præsule ratio!*) non solum bonam fidem ab initio
(quod secundum LL. suffecerat *l. 48. §. 1. de A. R. D.*) verum etiam
omni tempore currentis præscriptionis exigit, ita ut mala fides
interueniens eam interrumpat. *Heig. lib. 1. qv. 16. n. 63.* Quam
Juris Canon. dispositionem tota die lætatur fori tritura. Re-
stetnè autem, an minus id fiat nunc non disputo. Saltem quæro:
An hoc ipsum quoq; obtineat in Præscriptione longissimi tem-
poris? Et vero negativam in puncto juris veriore dicunt
Franzk. ex. 5. qv. 7. n. 8. Dn. Hahn. Obs. l. d. n. 11. Sed quic-
quid tandem hujus sit & quæcunq; pro hac sententia eruditè
proferri possint, certum tamen est, praxin (quæ hac in parte est
instar Tyrannidis Legum) generalitatem text. *in d. c. ult* secuta,
contrarium in dies observare nec magis ac reliquas, Præscri-
ptionem

ptionem nostram nec non centenariam locum obtinere, si bona fides exulaverit Gail. 2. *Obs.* 18. Mynf. 4. *Obs.* 6. Rittersh. *diff.* 4. c. 15. Cothman. *Vol.* 2. *Resp.* 63. Quod tamen ipsum bene hoc modo temperant, ut procedat in iis casibus, ubi expressè de mala fide constat: Post 30. autem annos in dubio præsumi bonam fidem (etiam de Jure Saxon. Coler. *ad c. quoniam in fin.* X. h. t. Dn. Carpzov. p. 2. *const.* 3. *def.* 7. & 8.) Et quod si exceſſerint C. anni, eam præſumptionem debere esse juris & de jure nec admitti probationem in contrarium Franzk. *d. l. n. n.* quo tamen ipſo Auctores Jus Canon. ad Juris Civ. dispositionem reducunt. An autè rectè id ipsum in actionum præſcriptione æquè obtineat, difficultas est Dn. Carpz. *I. Resp. Elect.* 33. n. 10. & alii id affirmant. Sed rectius nostrâ sententiâ distinguit post alios Möller. 2. *semestr.* c. 18. n. 4. Rauchbar. 2. *qv.* 28. n. 34. inter simplicem scientiam seu malam fidem & eam quæ conjuncta est cum mora, tergiversatione vel frustratione: ut, si ante completum præſcriptionis tempus interpellatus & admonitus debitum cessaverit & non solverit. Aliàs enim vix locus esset præſcriptioni hujus generis, cum debitor non possit non in mala fide versari.

EXVII. Stantibus igitur his. optime etiam, arbitror, subsistet id quod habet Dn. Hahn. *d. l. n. 3.* hodie nullam rerum Præſcriptionem esse, quæ exceptionem tantum tribuat sed omnem etiam longissimam, nec non centenariam, titulum acquirendi seu ulucapionem factam. Quod vel maximè corroborare videtur, quod omnia ferè ulucapionis requisita concurrant in præſcriptionib. hisce, quæ sunt *bona fides*, quam, si non *positivam*; *præſumptam* tamen exigit Observantia fori: *titulus*, cujus vicem tanti temporis spatium supplet: *possessio* quam & aliàs necessariam esse probavimus *th 54.* Atq; ita non absurdè omninò ad quæst. *in th. 8.* motam, posset adjici, etiam longissimi temporis præſcriptionem (quatenus res concernit) in effectu, secundum consuetudinem modernam cum ulucapione confusam & transformatam videri.


Et hæc quidem fuere, quæ de Præſcript. Longisf. Temp. mihi intra hæc oleas constituto, conscribere fuit visum. In quo



quo si forte à via juris aberraverim, Tuum erit, B.L. ignoscere
juveni homini, à quo nihil humani alienum. Sin ordo & bre-
vitas displicet, noveris me Exercitii Academici amore, non
tractatus scribendi libidine, hæc in chartas conferre voluisse.

Nunc receptui canimus, dicentes

DEO OPT. MAX. GLORIAM.



Coronides affines.

- I. Jus nostrum Sax. duas saltem Præscriptionum species habet,
annalem, *quæ anno, 6 septim. & 3. diebus*: & tricennalem,
quæ 30. annis, anno 6. sept. & 3. dieb. absolvitur. Illa continet res
mobiles; & respondet triennali cõmunis Juris; hæc immo-
biles, actiones, jura & servitutes; & comprehendit longi
temporis nec non trecentennalem Præscriptionem.
- II. Observantia tamen fori Sax. etiam speciales Juris civilis
præscriptiones admittit; sed absq; ullo temporis addida-
mento.
- III. Annalis Geradæ & rerum expeditoriarum præscriptio Ju-
ris Sax. planè extraordinaria est.
- IV. Præscriptionem criminum ad solum ordinarium (accusa-
tionis puta) processum velle restringere cavillatorium est.
- V. Præscriptioni XXX. annorum, qua feudum aliàs acquiri-
tur, feudum Ecclesiasticum non subjacere verius est.
- VI. Publiciana actio per canones non correcta est.



O Mnia momentis constant, res lubrica tempus,
Quod rapidi sese fluminis instar agit:
Cetera quum redimi possint, ex tempore nulla
Si semel amissum est, cura secunda super.
Nascitur inde Tibi PRÆSCRIPTIO, & illa laboris
Argumenta Tui non simulata dabit.

Johannes Meisnerus, D.

F I N I S.

99 A 6924

ULB Halle

3


002 636 603



52

V. 17





43

Quod DEUS benè vortat!
DISPUTATIO JURIDICA
De

Præscriptione Lon- gissimi Temporis,

Quam
Consensu Magnifici Jctorum Ordinis,
PRÆSIDE

*VIRO Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo
& Excellentissimo*

DN. WILHELMO LEISERO,

Jcto & Antecessore in hac Academia celeberrimo,
Curia Provincialis, Scabinatus ac Facultatis
Juridicæ Assessore gravissimo, &c.

*Dn. Patrono, Præceptore & Promotore
summo semper studio venerando,
colendo,*

Publico eruditorum examini subjicit


CHRISTIANUS HERMANNUS,

Torgensis, Ser. Elect. Sax. Alumn.

Habebitur in Auditorio Jctorum

A. D. ~~XXIX~~ Novembr. horis matut.

ANNO MDCC LXI.



WITTEBERGÆ,

Literis MICHAELIS Wende.

230

